

Coronation Charter (1100)

Lateinischer Text aus *William Stubbs, Select Charters and Other Illustrations of English Constitutional History from the Earliest Times to the Reign of Edward the First*, 9. Auflage, Oxford: Clarendon Press 1913, S. 117-119.¹

Henricus rex Anglorum Samsoni episcopo et Ursoni de Abetot et omnibus baronibus et fidelibus suis tam Francigenis quam Anglige- nis de Wirecestrescira salutem.

Heinrich, König der Engländer, an Bischof Samson, den Sheriff von Worcester und alle seine Barone und Getreuen aus Worcestershire, sowohl französisch als auch englisch, seid gegrüsst.

1. Sciatis me Dei misericordia et communi consilio baronum totius regni Angliae ejusdem regni regem coronatum esse; et quia regnum oppressum erat injustis exactionibus, ego, Dei respectu et amore quem erga vos omnes habeo, sanctam Dei ecclesiam imprimis liberam facio ita quod nec vendam nec ad firmam ponam, nec mortuo archiepiscopo sive episcopo sive abbate aliquid accipiam de dominio ecclesiae vel de hominibus ejus donec successor in eam ingrediatur.

1. Wisset, dass ich durch Gottes Gnade und den gemeinsamen Rat der Barone des ganzen Königreichs England zum König des besagten Reichs gekrönt worden bin; und weil das Königreich durch ungerechte Besteuerung unterdrückt worden war, mache ich, aus Gottesfurcht und Liebe gegenüber euch allen, zuallererst die heilige Kirche Gottes frei, indem ich ihre Güter weder verkaufe noch bestelle, noch etwas von den kirchlichen Besitztümern oder Leuten wegnehme, wenn ein Erzbischof, Bischof oder Abt gestorben ist, bis der Nachfolger eingesetzt ist.

Et omnes malas consuetudines quibus regnum Angliae injuste opprimebatur inde aufero; quas malas consuetudines ex parte hic pono:

Und ich schaffe alle üblen Praktiken ab, durch die das Königreich England ungerecht unterdrückt worden ist, für welche ich hier bestimme:

2. Si quis baronum, comitum meorum sive aliorum qui de me tenent, mortuus fuerit, haeres suus non redimet terram suam sicut faciebat tempore fratris mei, sed justa et legitima relevatione relevabit eam. Similiter et homines baronum meorum justa et legitima relevatione relevabunt terras suas de dominis suis.

2. Wenn einer meiner Barone, Grafen oder andere, die mein Lehen halten, sterben sollten, müssen ihre Nachkommen das Land nicht von mir zurückkaufen, wie unter der Herrschaft meines Bruders, sondern sie sollen es gegen eine gerechte und rechtmässige Gebühr behalten. Entsprechend sollen auch die Leute meiner Barone ihr Land gegen eine gerechte und rechtmässige Gebühr behalten dürfen.

6. Omnia placita et omnia debita quae fratri meo debebantur condono, exceptis rectis firmis meis [...].

6. Ich hebe alle Versprechen und Schulden auf, die meinem Bruder zugesprochen wurden, mit Ausnahme meiner gesetzlich geregelten Einkünfte [...].

7. Et si quis baronum vel hominum meorum infirmabitur, sicut ipse dabit vel dare disponet pecuniam suam, ita datam esse concedo. Quod si ipse, praeventus vel armis vel infirmitate, pecuniam suam non dederit vel dare disposuerit, uxor sua sive liberi aut parentes, aut legitimi homines ejus, eam pro anima ejus dividant, sicut eis melius visum fuerit.

7. Und wenn irgendeiner meiner Barone oder Männer schwach werden sollte, so dass er sein Geld weggebe oder für dessen Verteilung Sorge, so lasse ich zu, dass es gegeben wird. Wenn aber, gehindert durch Waffen oder Krankheit, er die Verteilung nicht vornehmen oder regeln konnte, so sollen seine Frau, seine Kinder, Verwandten oder andere gesetzestreue Menschen die Verteilung regeln zum Angedenken seiner Seele wie es ihnen am besten erscheint.

[...]

[...]

9. Murdra etiam retro ab illa die qua in regem coronatus fui omnia condono: et ea quae amodo facta fuerint, juste emendentur secundum lagam regis Eadwardi.

9. Ich vergebe alle Morde, die vor dem Tag meiner Krönung begangen wurden; jedoch solche, die in der Zukunft begangen werden, werden gerecht bestraft nach den Gesetzen König Edwards.

[...]

[...]

¹ Quellenangabe dort „Red Book of the Exchequer, fo. 163 v.“ In dieser Auflage findet sich zusätzlich der Hinweis: „See the texts and critical apparatus in Bémont, Chartes des Libertés anglaises (1892), pp. 3-6; and in Liebermann, Gesetze, i. 521. Copies were dispatched to each shire: Roger of Wendover s. a. 1100 gives the copy addressed to Hertfordshire.“

11. Militibus qui per loricas terras suas deserviunt, terras dominicarum carrucarum suarum quietas ab omnibus geldis et ab omni opere, proprio dono meo concedo, ut sicut tam magno gravamine alleviati sunt, ita se equis et armis bene instruant, ut apti et parati sint ad servitium meum et ad defensionem regni mei.

12. Pacem firmam in toto regno meo pono et teneri amodo praecipio.

13. Lagam Eadwardi regis vobis reddo cum illis emendationibus quibus pater meus eam emendavit consilio baronum suorum.

14. Si quis aliquid de rebus meis vel de rebus alicujus post obitum Willelmi regis fratris mei ceperti, totum cito reddatur absque emendatione, et si quis inde aliquid retinuerit, ille super quem inventum fuerit mihi graviter emendabit.

11. Jenen Rittern, die Militärdienst leisten für ihre Ländereien, gewähre ich als eigene Gabe, dass ihre Lehen frei sein sollen von Abgaben und Arbeitsdienst, damit sie, solchermassen erleichtert von einer schweren Last, sich selbst mit Pferden und Waffen ausstatten können und vollkommen vorbereitet sind für meine Dienste und die Verteidigung des Königreichs.

12. Ich ordne einen strikten Frieden im gesamten Königreich an und befehle, dass er zukünftig gewahrt werde.

13. Ich stelle für Euch die Gesetze König Edwards wieder her, mit denjenigen Änderungen, die mein Vater im Rat seiner Barone vorgenommen hat.

14. Falls irgendwer seit dem Tod meines Bruders König William etwas genommen hat, das mir oder jemand anderem gehört, muss er es ohne Bussgeld sofort zurückgeben; sollte er es aber behalten, so muss der, bei dem es gefunden wird, mir eine schwere Busse zahlen.